

**Rector Academiae Rostochiensis, Gottlob Fridericus Seligmann/ Metaph. & Phys.  
Prof. ... Ad Exequias ... Johanni Iusto Mohr/ Utpote Unico Filiolo, abs ... Dn. M.  
Johanne Iusto Mohr/ Scholae Senator ... decentissime paratas, Omnes omnium  
Ordinum & Dignitatum Cives Academ. ... invitat ... : [P.P. d. 4. Mart. Ann. 1684.  
Sub Sigillo Rector.]**

Rostochii: Prelum Weplingianum, [1684]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770665071>

Druck Freier  Zugang




Seligmann, G. F.,

in

J. J. M o h r .


Rostock, 1684.



RECTOR  
ACADEMIAE ROSTOCKIENSIS  
GOTTLLOB FRIDE-

IOHANNI  
JUSTO  
MAGISTRO IN LO PIILOLO.

DN. M. IOHANNES  
JUSTO



C. D.  
RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS;  
GOTTLOB FRIDERICUS Seligmann/  
Metaph. & Phys. Prof. Facult. Philos. Decan.  
Templi Cathedral. Archidiac. & apud  
adhuc Ducalis Collegiatus

Ad  
Exequias,  
Scitissimo tenerrimoq; Puello

JOHANNI  
JUSTO Wöhr /  
UTPOTE UNICO FILIOLO,

abs Tristissimo

P A R E N T E,

Viro Praecellentissimo atq; Praclarissimo,

DN. M. IOHANNNE  
JUSTO Wöhr /

Scholæ Senator. Rectore bene merentissimo,  
decentissime paratas,

Omnes omnium Ordinum & Dignitatum CIVES  
ACADEM. quâ fas est humanitate invitat,

Conveniemus in Æd. Mar. hor. I.

ROSTOCHII, PRÆLO WEPLINGIANO, Univers. Typogr.





**G**regia inter Numis-  
mata Rationis & Sensus,  
quæ ingeniosiss. Palatius  
(*Aquil Saxon. L. XIII. c. 3. à*  
*f. m. 192.*) habet, ultimum  
quidem loco, at non digni-  
tate est, quod de VITA  
IN SALTU ipse refert. Vi-  
deas ibi hiemem, Ver, æsta-  
tem, autumnum, Manum amice choris implica-  
re, sed in numeros ludentes discordiæ cursu præ-  
cipiti ferri. Tibicinem cernas tempus, quod  
sonò, at irrequieto, more lambit leonum, & san-  
guinem haurit. Inde fugientem suspicias Solem,  
Terrenæ felicitatis Præludium, *nam in umbra*  
*desinit.* Discas volupratem nostram & lætitiã  
omnem, focnò debiliorem, *citò avescere* : in mo-  
rem nivis, Solaribus radiis percussæ, *citò delabi* :  
Veluti rosam, inter spinas exorientem, *nascendo*  
*senescere*. Quid mirum, si ex his credamus facile  
pingi humanam vitam posse? *Femina erit de-*  
*pressa statura* ; Breve corpus, brevis vita : *Ejus*  
*in capite, vas cum spinis & vermibus*, nil nisi mise-  
ria est & mors propinqua, vita hæc : *Flos ejus in*  
*dextra, umbra in sinistra* ; sic homo, ut flos egre-  
ditur, manè conteritur & fugit velut umbra : *Bel-*  
*lica instrumenta pedibus calcat* ; nam vita militia est :

A

Arida

*Arida in heret arbori; unum viret folium, quod ven-  
to agitur; vix virens folium homo est, cetera  
stipulae siccae ferè similia. Hæc Ratio decla-  
mat apud argutum Palatium, cum vitam ille  
in SALTU exhibet. Nimirum, ita sunt omnino  
mortalia, ut unum si succurrat nobis fugacita-  
tis terræ emblemata, mox infinita se immisceant,  
undque velut ore pronuncient: Vitam mo-  
mentum & in momentò saltum esse. Facit  
huc Adriani moneta, quam in honorem Anti-  
noi, pueri sibi dilectissimi, cudi iussit. Ut enim  
Spartianus memorat & Aldrovandus de Quadru-  
ped, Alatum illa referebat Eqvum, simulque  
veloci volatu perceptæ jucunditatis brevitatem  
insinuabat. Sic, quicquid vivimus, abs saltu non  
abludit, aut, si ita libet, perniciosissimum undiqua-  
que volatum præsentat. Sanè, quæcunque  
sint hominum sollicitudines, mors ridet, incre-  
mento latenti in nihilum resolvens cuncta *vid.*  
*id. Palatius c. I. p. 105.* & præter spem gratissima,  
quoque quælibet & acceptissima eripiens. O  
fluxam igitur mortalitatem! quam tenue spa-  
tiolum est inter omnia, nihil! (*vid. Becm. Hist.*  
*p. 545. in inscript, Richel. sacrâ*). Vix provehi-  
mur sæpè in lucem, ubi ex eadem confestim abi-  
tus imperatur, Decipimur tempore, quod prolixū  
meditatur, & prohi! angustum experimur ni-*

mis

)( 2



mis, fallimur opinione, quàm ad remota diri-  
gimus, etiam quando in confinio finis est. Quid  
ergo vita? nisi ortus, nisi discessus: tantumque  
inter hunc forte & illum intercedit plerumque,  
quantum saltui datur. O fallaces hominum  
spes! nondum adsunt, ubi adsunt, quando qui-  
dem ut adesse possint, excolendæ sunt prius: an-  
te vero absunt, quam adesse ritè incipiunt, quod  
præmature subducantur, quæis fulciendæ illæ &  
sustentandæ erant. Ita OMNIA suam sibi præ-  
scribi literam volunt, ut fiant SOMNIA. Ita  
vita, Regiò etiam Friderici III. Reg. Dan. gloriosiss.  
recordat. effatò (*ut docuerunt Ann. 70. Novelis*)  
igni similis est in altum projecto, jam viso, mox  
disparenti. Vita est in SALTU. O utinam  
verò hòc istà eloqvendi officio abstinere nobis  
hodie licuisset, utinam Vobis, ð NOSTRI, tristes  
feitissimi tenellulique FILIOLI Exeqvias inopi-  
num præmaturumq; indicare ne jussisset fatum!  
Hoc votum nostrum est, quando, quod effere-  
tur hâc luce, FUNUS, luctu dignissimum, vi-  
tæ, saltui volatuive simillimæ, luctuosissimam  
mentionem nobis suggerit. PATREM namque  
si respiciamus MATREMQUE, non nisi, duas  
præter FILIAS, unicum hunc amplexi, & vix  
amplexi sunt, FILIOLUM. Eò durius ergo  
graviusque est, quod morte hâc ipsorum Pe-  
ctori

Atori inflicto vulnus dolent. Neque minus  
AVIÆ utræque, altera hîc degens, altera Cor-  
bachii fata ultima cum desiderio in Dominò ex-  
pectans, affectas se, illa sentit, hæc, ubi inau-  
diat, sentiet insigni mœrore: quem enim præire  
utræque voluerunt, nunc citius antecedentem,  
quidni lacrumis prosequantur? O tristem ergo  
hodiè ac luctuosam vocem, Vita in saltu, imò  
ipsa saltus! Sed propius, fas est, ut accedamus ad  
Historiam; at quid dico historiam? verè histo-  
riola est; vitæ ac mortis, quâ defunctum scimus  
Beatissimum Nostrum **TE NELLULUM**. Habuit  
igitur, & ô quantâ, si vixisset, cum oblectatione,  
coluisset, **PATREM, VIRUM** Præcellentiss. atq;  
Præclariss. **DN. M. JOHANNEM JUSTUM**  
**Mohr** / Scholæ heic Senatoriæ Rectorem bene  
merentissimum, inque solidiori Juventutis cul-  
tu planè egregium, Affinem **N.** honoratissimum;  
**MATREM** verò, Feminam, omnibus, sexum  
quæ ornant muliebrem, virtutibus conspicuam,  
**ANNAM ELISABETHAM GEISMARIAM**, *AVI*  
autem nominè flet, ubi loqui didicisset, *Pater-*  
*num*, Amplissimum Prudentissimumque **VI-**  
**RUM, DN. JUSTUM Mohr** / Quæstorem a-  
pud Corbachiens. Waldec. Senatoriū atq; Erari  
Publici Præfectum Spectatissimum; *Maternum*  
Amplissimum item Prudentissimumque **VI-**  
X 3 RVM

RUM, DN. MICHAELEM GEISMARUM,  
Inclut. Reipubl. hujus Senatorem fulgidissimum;  
quo cum utroq; nunc inter cœlites Nepotulus, fe-  
liciter euectus, vivit. AVIAM verò honorasset,  
nisi reliquisset, | *Paternam*, etiam absentem, Ma-  
troram piissimam, omnique laude meritò eve-  
hendam, ADELGUNDAM Brey; *Maternam*,  
Matronam quoque commendatissimam, MAR-  
GARETAM Qvadfaselin. Et PRO-AVOS  
quod spectat, memoratur *Paterne primus*,  
qvondam Amplissimus, Prudentissimusque VIR,  
DN. JUSTUS Mohr / meritissimò apud eosd. Cor-  
bachientes Camerarius; ac *Pro-Avia*, honoratis-  
sima Marrona, CATHARINA Sinnemannin:  
Alter *Paterne Pro-Avus*, Vir Præ-Eximius ac  
Spectatissimus, DN. HENRICUS GEISMA-  
RUS, ad D. Jacob. Æd. Præfect. vigilantiss. &  
*Pro-Avia*, Ornatissima Marrona, MARIA GER-  
DES. PRO-AVUS autem *Materne primus*  
laudatur Nobil. & Amplissimus VIR, DN. LI-  
BORIUS Brey / apud Corbachient. Consul  
splendidiss. *Pro-Avia*, Nobilissima Femina, CA-  
THARINA Mennin / ex antiquâ ibidem loci  
MENNINORUM Familiâ orta: Alter *Matere-  
ne Pro-Avus*, Nobil. & Ampliss. VIR, DN. JO-  
HANNES QUADFASEL; Consul ap. Wicsto-  
chientes æstimatiss. *Pro-Avia*, suis encomiis niri-  
dis.

disfima Femina, CA THAR. TUR RHEN. Ne reli-  
quis enumerandis prolixius inhæreamus. Sed hi  
quidē sunt, in quos ex lineâ utraq; originem suam  
refert Beatiss. N. TENULLULUS, superiori Anno, ultimo  
Octobr. in hanc lucem editus. Ut tamen altiori per bap-  
tismum stemmati insereretur, curâ Parentū, subsequenti No-  
vembr. primo, eoque ipso factum est die, quo his exiguis hu-  
meris Rectorales solenniter imponebantur fasces. Plura  
vix addere possumus, nisi verbo dicamus, promississe ele-  
gantissimum PUELLULUM, quæ expectari in hac vitâ per-  
fectiora solent valentque. Nam talia ex lusu ac blanditiis  
amœnioribus, atatula superantibus, poterant, qui amplecte-  
bantur, colligere. Sed insperata nuper, tertia forte ma-  
tutin. 26. ij Febr. hora effecit, ut nunc promissa, antequam fa-  
tis emicarent, penitus, cecidisse ploremus. Discessit quippe  
festinatissimo saltu ex terrestribus ad Cœlestia, ex fugacibus  
ad perpetuo duratura Noster TENELLULUS, nihilque nisi  
constantissimum sui desiderium post se reliquit. Inci-  
dunt, dum hæc scribo, quæ Casaubono, Filii jacturâ afflicto  
insufurrat velut (*Epist. 139.*) Scaliger. *Novi Patrum affectus;*  
*Novi etiam constantiam Tuam, quæ cum pietatem cum maxi-*  
*mâ eruditione conjunxerit, Tibi deesse non potest. Nam pie-*  
*tas Te non sinit, Te non velle, quæ Deus voluit. Eruditio docet,*  
*ea ferenda esse, æquo animo, quæ neque nobis solis accidunt, ne-*  
*que, ut non acciderint, lacrumis nostris efficere possumus. Non*  
*expectabis, ut hanc aegritudinem Tempus Tibi adimat, hoc in-*  
*geniorum plebejorum remedium est. Sapientis est, tempus ipsum*  
*antevenire, Et dolori ipsi nascenti occurrere. Sunt hæc ea-*  
*dem, quibus Te jam alloquor, MOESTISSIME PARENS;*  
*Cogitabis repentinum quidem, ad felicissima tamen saltū*  
*Tui*

Tui Filioli mortem esse. Verum est, non multa vixit, quamvis, ut multa viveret, optares quidem. Non hic paucos annorum, sed hebdomadam saltem circuitus (ut phrasi Seneca utar) numeramus; crede tamen, brevibus ipsum annis longam ætatem superasse. Nondum calcare terram poterat; nam ad ambulandum nondum erat aptus; nunc calcet sidera. O faustum saltum! Hæc vera spes Matrimonii, fructus abs Deo datos sacrare cœlis: isthanc nunc omnem emortalis Tui Filioli dies explevit. Ne luge gaudia Tibi demortua, Tuus gaudet inter æternum vivos; nullas metuens, nullas agnoscens vicissitudines, quas ne sensit quidem. Ante annos maturuit, cedat mœror! ante dies, *postremum, plaudite: abire licet* (Conf. Eman. Thesaur. p. 15.) insonuit, desinant planctus; venit eò, quò tendimus omnes; illic quiescat! erit tempus, quò dicere licebit (at adpareat tamen id serò!) Ibo, visurus meum JOHANNEM JUSTUM, qui antequam me videret, hinc abivit. O inserat Deus hæc animo TUO TUÆq; solatia; detque ut qui saltu hęc Filiolo Tuo subtracti sunt anni, Tuis addantur. Ceterum & hęc saltu opus est. A luctu & solatiis ad Vos redeo, CIVES honoratissimi, æstimatissimi, rogoque, ut hospiti inter nos brevi, dum ad tumulum efferendus est, non brevi adesse serie velitis. Contendit id abs Vobis omni studio Mœstissimus PARENS, Nosque cum Ipsò. Nec deerit Vestrum ulli reciproca, uti nam in lætissimis, promptitudo! Valet! Quod super est imitari Epitaphium illud Gallicum, sicq; loqui nobis sub finem integrum sit:

Mohrius effertur, brevis huic ut contigit ætas,  
Sic & in Exequiis pauca Programma refert.

Script. inter sacras Meditat. aliosque cumulat, labores &  
P. P. d. 4. Mart. Ann. 1684. Sub Sigillo Rectori


168 (O)



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is too light to transcribe accurately.








tori inflictum vulnus dolent.  
AVIÆ utræque, altera hinc dege-  
bachii fata ultima cum desiderio  
pectans, affectas se, illa sentit,  
dier, sentiet insigni mœrore: que  
utræque voluerunt, nunc citius a  
quidni lacrumis prosequantur? C  
hædie ac luctuosam vocem, Vita  
ipsa saltus! Sed propius, fas est, ut  
Historiam; at quid dico historia  
riola est; vitæ ac mortis, quâ defu-  
Beatissimum Nostrum TE NELL  
igitur, & ô quantâ, si vixisset, cum  
coluisset, PATREM, VIRUM Præ-  
Præclariss. DN. M. JOHANNES  
Mohr / Scholæ heic Senatoriæ R  
merentissimum, inque solidiori  
tu planè egregium, Affinem N. ho-  
MATREM verò, Feminam, om-  
quæ ornant muliebrem, virtutibus  
ANNAM ELISABETHAM GEISN  
autem nominasset, ubi loqui did-  
num, Amplissimum Prudentissim  
RUM, DN. JUSTUM Mohr / C  
pud Corbachiens. Waldec. Senato-  
Publici Præfectum Spectatissimum  
Amplissimum item Prudentissim

X 3



minus  
Cor-  
ô ex-  
nav-  
aire  
em,  
ergo  
imò  
s ad  
isto-  
mus  
buit  
one,  
atq;  
UM  
bene  
cul-  
um;  
cum  
am,  
AVI  
ter-  
VI.  
na;  
ari  
um  
VI  
M